Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8321
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quod si alia fide cepit predicare · a fidelibus non recipiet. Et si aliquis
illi doctrinam et errorem suscepit · iam non erit fundamentum · sed porro
destructio. Siquis autem superedificat super fundamentum · i · super fide dom̃ hoc
xpi · aurum · i · doctrinam sanam et rectum sensum · Argentum · i · eloquia
diuina · de quibus psalmista dicit · Eloquia dni · eloquia casta · argen-
tum igne examinatum · Et lapides preciosos · i · diuersa genera uirtu-
tum · quo sic bonum insolubiles sint ab igne ita et ista. Sic qui
ligna edificat lignum · fenum · stipulam · i · paruam doctrinam · et mala
opa · uni cuique opus manifestum erit in die iudicii · Sic ligna paurum
sensum perfectum · per argentum eloquia incorrupta · per lapides preciosos
quia ab igne non liquefiunt · uirtutes intelligimus · ita per lignum fe-
num · et stipulam parua doctrina et mala opa · accipi potest.
Alit. Per argentum · aurum · lapides preciosos · possumus intelligere
bona opa uirtutesque preclaras. Et per fenum uel lignum et stipulam · leuia
peccata · sicut et ociosus sermo · risus inhonestus · et cetera talia.
Et per plumbum uel ferrum atque stagnum · quae sci doctores addunt grauia
et uehementissima peccata quae a regno celorum separant. Igitur sicut aurum et ar-
gentum · et lapides preciosi igni probantur et tamen non consumuntur · ita
in die iudicii qui habuerint bona opa · et bona predicatione · li-
cet per ignem transeant · tamen nulla pena neque lesura sustinebit.
Qui uero habuerint leuia peccata transeundo per ignem expiat · qua
et consumunt ibi sicut fenum et stipula · siue in lignum comburentur
ab igne · tamen non remanebit in igne · sed mundati ac purgati
ascendunt ad dnm. Atque habuerint grauia peccata · quae a
regno celorum separant · et quae memorat apls inquiens · adulte- apls
rium · fornicationem · homicidium et cetera alia · sicut ferrum et plumbum
siue stagnum liquefiunt · sed non deficiunt per ignem · ita illi pondere
peccatorum grauati remanebunt in igne et sustinebunt penas
in deficiendo. Dies enim dni declarabit · i · dies iudicii et uindicte
dni manifestabitur omnia opa hominum · quia in igne reuelabitur.
Idem cum igne demonstrabitur ipse dies. Tradunt doctores · quod
quintum spacium aeris. a qua inclusuuo quae omnis montes trans occupant
cendunt · et ut philosophi definiunt · usque ad circulum puenit · lunam
tamen spacium occupabit ignis in die iudicii · in quo probabuntur
electi sicut aurum · et quorundam leuia peccata consumentur · impius
et aliqui permanent ne consumantur ab igne in die iudicii.